

NOTES SOBRE CANONGES DE LA CATEDRAL DE BARCELONA I ELS SEUS TESTAMENTS (SEGLE XII)

ANA PÉREZ CASTILLO

La Seu de Barcelona viu, durant el segle XII, una etapa fecunda de la seva existència. La Canònica, presidida per bisbes eminents com Sant Oleguer o Guillem de Torroja, consolida la seva vàlua, com així ho confirma el considerable nombre de documents conservats a l'Arxiu de la Catedral de Barcelona. D'aquests, són probablement els testaments els que transmeten amb més veracitat els sentiments personals, donat que l'home es troba davant d'un fet indefugible, més proper o més llunyà: la mort.

Llegint els vint-i-dos testaments seleccionats, que abasten tot el segle, hom pot constatar la categoria social dels canonges, els quals pertanyen a famílies principals de Catalunya; els seus familiars; les causes del testament i la considerable quantitat de deixes a monestirs, esglésies, capellans i, en general, obres piadoses.

El detall i la cura amb què alguns testaments foren redactats evidencien la preocupació material d'aquests canonges a deixar ben lligats i resolts els negocis temporals, no oblidant alhora les deixes espirituals, sempre necessàries a l'altre món.

La majoria dels testaments indiquen la causa per la qual aquest es redacta. La greu malaltia és el motiu més freqüent. L'anada a Jerusalem és la raó principal per a Pere Bernat, Pere Ramon, Arnau Berenguer i Ponç de Ronçana. En el cas de Bernat de Pujalt és dirigir-se a Sant Jaume de Compostel·la. Aquest, després de tornar de la peregrinació, va emmalaltir i va morir, segons es declara en el seu testament

sacramental jurat sobre l'altar de sant Joan Evangelista de la Seu. La resta dels testaments sacramentals han estat jurats sobre l'altar de sant Feliu, màrtir, de l'església de Sant Just i Pastor, de Barcelona.

ELS BÉNS

Els llegats de cases, masos, terres, vinyes, honors i feus es localitzen per tot Catalunya, encara que la major part al territori de Barcelona: a Vilapiscina, Sarrià, la Celada, l'Olivera-rodona, Lligalbé, Sant Gervasi, Banyuls, Magòria, Sant Andreu de Palomar, la Rovira, Monterols, Provençana. Fora del territori es situen al Vallès, al Baix Llobregat, a l'Anoia, al Penedès, a Osona o a Tarragona.

Les deixes en estris de la casa i el celler són recollides en molts testaments: taüds, arque, llits de fusta abillats amb tota mena de robes; bancals, bancs i escambells; taules i cadires; armariets de paret; ganivets, culleres i copes d'argent; canelobres; ferros de foc i calderes i altres utensilis com les bàscules, aixades i una pastera. Entre els estris del vi destaquen les portadores, els cubells i cups, barrils, bótes i tones.

Entre els objectes personals figuren anells, pells de gat, de llop i d'esquirol, vestits, llibres, un escut, una llança, selles, robes de llit, tapets i draps de lli.

Un bon nombre de deixes es fan en moneda: sous i morabatins i d'altres en sesters i quarteres d'ordi i forment o en cafissos de vi.

Els animals domèstics també estan presents en els testaments, i així es poden trobar cavalls i eugues, muls i ases, bous i vaques, porcs i truges, ovelles, anyells i moltons.

Els sarraïns formen part de les deixes en vuit documents. Dos dels eclesiàstics en posseeixen més de deu.

ELS BENEFICIARIS

La varietat d'entitats i persones a qui anaven destinats els llegats permet extreure dades abundants i diverses. Guillem Rotllan deixa 16 quarteres d'ordi per a les obres del pont del Llobregat. Per a la restauració o la fabricació d'un calze Roger deixa un mas a Santa Eulàlia, Bernat Berenguer i Berenguer d'Arcs lleguen també a Santa Eulàlia la seva copa d'argent, Berenguer de Terrassa deixa 10 morabatins a l'altar

de sant Pere i Bernat de Pujalt altres 10 morabatins a Santa Maria de Poblet. Per a l'obra del dormitori de la Seu Berenguer de Llobregat deixa 30 morabatins, Ermengol d'Oló 5 morabatins i Berenguer de Terrassa 100 sous, i per a l'obra de la galilea de la Seu Bernat Berenguer deixa 2 sesters d'ordi i Berenguer d'Arcs 200 sous i 10 morabatins. Per als ermitans de Cerdanyola Guillem Rotllan deixa un barril de vi, 3 sesters d'ordi i un sester de blat, i Berenguer de Llobregat 2 morabatins; per als ermitans de Valldaura Ponç de Ronçana deixa una tona.

Als hospitals de Barcelona alguns canonges deixen el seu llit abillat, segons una disposició del bisbe Oleguer del 1133.

Per a la redempció de captius, Berenguer d'Arcs, Bernat de Pujalt i Pere, sagristà, deixen part dels seus béns. Els ordes militars de l'Hospital de Sant Joan de Jerusalem i del Temple reben diners de Guillem Bremon i Bernat de Pujalt, 1 sester d'ordi de Berenguer Bernat i l'escut, la llança i la sella de Bernat de Bleda.

Els parents i familiars també són presents en els testaments, encara que no perceben sinó una petita part dels llegats. Solament en els testaments de Roger, Pere Ramon, Guillem Bremon, Berenguer de Terrassa i Pere, sagristà, tenen una certa importància.

Entre els eclesiàstics afavorits es troben, en primer lloc, el bisbe de Barcelona, en disset ocasions; l'arquebisbe, en cinc ocasions; el bisbe de Lleida, Tortosa, Vic i Saragossa, en una ocasió. Els quatre domers de la Seu són citats en vuit testaments i els preveres amb altar a la Seu, en quatre. Tots els preveres de Barcelona amb altar, també en quatre i els preveres de Santa Maria del Mar, Sant Cugat, el Pi, Sant Jaume, Sant Just i Sant Miquel de Barcelona, en tres.

Els diferents altars de la Seu: el de sant Andreu, sant Sepulcre, sant Silvestre, sant Tomàs, santa Maria Magdalena i, especialment, el de santa Maria i santa Eulàlia reben deixes en honors, diners, encens, tapets o argent per al seu manteniment, per a llànties que cremin al seu davant nit i dia o per a la fabricació de calzes i encensers.

Les confraries de sant Silvestre i sant Esteve de la Seu són recordades en set testaments i la confraria de santa Maria de Cardedeu, en dos.

La Canònica de Barcelona figura en tots els testaments i és, a més a més, la institució que rep la part principal dels llegats en honors, alous, masos, vinyes, cases, collites, estris del celler i morabatins.

Les deixes a monestirs (Apèndix) i esglésies permeten fer un recorregut per Catalunya i fins i tot arribar a Galícia i Jerusalem.

TESTAMENTS

1

1116, març, 31

Testament de Ponç Geribert, canonge de la Seu de Barcelona, escrit de la seva mà, segons les lleis gòtiques.

ACB, 1-1-2531

Ultimi diei exiciale horam omnibus incerta esse, nullus ambigit veritate testante, quod de illo die et hora nemo scit nisi pater et cui voluerit pater revelare. Unde, ego Poncius Geriberti sedis Barchinonensis canonicus, memor fragilitatis mee et ignorantie humane repentino mortis occasu timens anticipari, corpore incolumis et mente ac sensu meo solito in vigore perseverante, omnium mearum rerum dispositionem manu mea conscribo, iuxta primi ordinis modum, in goticis legibus, assignatum. Quam ob rem eligo et suplicando praecipio esse distributores facultatum mearum seniores sive socios meos clericos Berengarius Bernardi atque Miro Seniofredi necnon et Ardencius iniungens et rogando praecipiens illis, ut si ante quam aliter voluntatem meam in meis ordinamus rebus mors me praeoccupaverit, ipsi potestative distribuant omnes facultates meas, sicut hic ego sub ordinavero. Primum namque praecipio, ut de meo, reddantur omnia debita mea creditoribus meis. Deinde concedo domino Deo et sancte Cruci sancteque Eulalie meas olivarias ubicumque invenire potueritis, modo aut inantea in meo alodio, ad luminaria concinanda ante altare[m] sancte Marie et ante sacratissimum corpus sancte Eulalie et taud I de nucario et alio vetulo et omnes cordas cannabinas et archam I novam. Iterum concedo domino Deo et Canonice eiusdem sedis domos meas quas habeo in Villa piscina, cum columbario et cum omni alodio quod ibi habeo, tam cultum quam incultum, pronum et planum et garriga quam ibi habeo vel habere debeo, simul cum exios vel regressios eius tam ad pascua quam ad ligna cedenda, sine blandimento ullius hominis, simul cum vineas cultas et eremas exceptus peciolas II terre quas habeo in Campo bono, simul cum peciola una malleola noviter plantata ibi quod concedo nutritos meos Bertrando et Poncio Poncii ut habeant et teneant quandiu vixerint. Post mortem amborum revertatur ad predictam Canonicam. Concedo predictae Canonice meas ficulneas et amigdalos et piras et malogranatas et cireras et pruneras. Hoc vero alodium est in circuitu domus. Predictas vineas eremas sunt in loco vocitato ad ipsas Planellas et vinea Bernarda et Mirambel coram ipsam costam usque in sitam montis et peciam terre ereme super vinea de ipsa olivaria et usque super vineale Ermengaudi Remundi et usque ad malleolo Gullielmi Fulconis et sic pervadit usque ad torrentem Tegulario et usque in sitam montis et predictas peciolas II terre et peciolam I malleole, quas concedo ad meos nutritos, teneant usque ad vinea erema sancti Andree in sitam montis et garriga usque ad vinea erema Remundi Arluvini. Et concedo ad predictam Canonicam pecias II terre ad ipso pinto, simul cum sacrario sancti Andree. Concedo sancti Michaelis peciolam I vinee, quae fuit de Blanca, mea consanguinea. Iterum vero concedo predictos meos

nutricatos singulos lectos de fust, unum in quo dormiunt et alium discondirectum bonum et singulas guadengas de meliores et singulos plumacios de lana bonos et singulas almuzalias et ataud I lambardesc et archeta I vetere et exoil I et destrai I et tribanellas II meliores et singulos parilios de portadoras de meliores et cubel[s] I[I] folador[s], et barril I qui tenet X et octo sextarios vini et botas II et cannatam I et oves VI. Item concedo eis de pane et vino, quod Deus dederit ad novo veniente, terciam partem meis prebendariis predictis. Aliam terciam concedo ebdomodariis sancte Crucis sancteque Eulalie. Aliam terciam concedo predictae Canonice. Concedo predictos meos prebendarios sive filiolos sac I et batsac II et organas I[I]. Concedo domno episcopo tonnam maiorem. Concedo Miro Seniofredi domos meas in quas habito, ita sicut adquisivi a domno Bertrando episcopo per scripturam quam exinde mihi fecit, simul cum canonicorum seniorum meorum eiusdem sedis et erant ipso tempore casales discoopertos et co[o]perui eos de meas bigas et cabirons et cannas et tegulas et feci ibi cortallo cum fundamento de duas tapieras ex petra et calce constructum et feci ibi porticum et portas et hostios. Concedo Guilielmus Gaucefredi moltos II. Concedo oves VIII et agnos V[I] et cubs II maior et minor condirectos et alium discondirectum sine fundo et barrilios II discondirectos et dogas de tonna que sunt signatas cum litteras rubeas et guadenga I et plumacios II de lana bonos ut fiat venditum et de isto precio vestiant corpus meum et sepeliant me. Iterum concedo predictis meis prebendariis pasteram et setacios II et falcem I. Flavellum meum concedo predicta ecclesia ad serviendum episcopum ad missam canendam. Psalterium meum parvulum novum concedo uni ex presbiteris religiosis. Alium psalterium vetulum concedo uni ex presbiteris. Concedo Bernardo Compagni, presbiter sancti Andree, estralio I rubeo pro sacrificiis. Concedo ad coro sancte Crucis estralio I maior. Dimitto predictos meos prebendarios in baiulia domini Dei et suis sanctis et seniorum sive amicorum meorum Berengarius Bernardi et Miro Seniofredi atque Ardencius cum hoc quod eis dimitto, ut propter Deum ne dimittant eos tollere. Concedo predictos meos prebendarios Bertrandum et Poncium meum filad et meum linum ad vestiendum. Concedo sancte Marie Rivipolleti medietatem de ipsa vinea longa in transversum. Aliam vero medietatem ad prefatam Canonicam.

Actum est hoc II kalendas aprilis anno VIII regnante Ledovico rege. S+ Poncii Geriberti, qui hunc[sic] testamentum feci et manu mea propria scripsi atque testibus eam[sic] firmari rogavi.

S+ Bernardi Petri. S+ Bernardi Guilelmi de Villa piscina. S+ Seniolli, fratri sui. S+ Burrullus. S+ Poncii porter.

S+ Poncii Geriberti, qui est levite, qui hoc scripsi cum litteris suprapositis in linea XXX et sub scripsi die et anno quo supra atque dampnatis in linea XL et in XLIII et suprapositis in variis locis.

Al verso hi han diferents anotacions relatives al testament.

2

1129, juny, 29

Testament d'Arnau Berenguer, clergue de la Seu de Barcelona, abans d'anar a Jerusalem a visitar el sant Sepulcre.

ACB, LA IV, f. 10 v., d. 30

3

1135 o 1136, octubre, 27

Testament de Berenguer Bernat.

ACB, 1-1-2353 i LA II, f. 36, d. 103

4

1136, març, 14

Testament de Roger, servidor i indigne clergue de la Seu de Barcelona.

ACB, LA IV, f. 84, d. 221

1137, agost, 3

Un altre testament de Roger.

ACB, LA IV, f. 84 v., d. 222

5

1139, desembre, 30

Testament de Pere Bernat, prevere i canonge, abans d'anar a Jerusalem a visitar el sant Sepulcre.

ACB, LA I, f. 61, d. 127

6

1147, agost, 11

Testament de Pere Ramon, canonge, abans d'anar a Jerusalem a visitar el sant Sepulcre.

ACB, LA IV, f. 3, d. 8

7

1148, setembre, 1

Testament de Guillem Bremon, clergue i canonge de la Seu de Barcelona, que es troba molt malalt.

ACB, LA IV, f. 66, d. 184

8

1148, octubre, 29

Testament de Bernat Berenguer, greument malalt.

ACB, LA IV, f. 89, d. 228

9

1154, febrer, 9

Testament d'Ermengol de Llerona, canonge de la Seu de Barcelona, que pateix una greu malaltia.

ACB, LA III, f. 76, d. 205

10

1154, maig, 12

Testament de Guillem Rotllan, que es troba molt malalt.

ACB, LA II, f. 68 v., d. 196

11

1159, maig, 15

Testament de Ponç de Ronçana, degà de la Seu de Barcelona, abans d'anar a Jerusalem.

ACB, LA I, f. 108, d. 268

12

1161, desembre, 29

Testament d'Arnau Miró, canonge de la Seu de Barcelona, greument malalt.

ACB, LA I, f. 85, d. 200

1162, gener, 9

Testament sacramental jurat sobre l'altar de sant Feliu, màrtir, de l'església de Sant Just i Pastor de Barcelona.

ACB, 1-2-1451 i LA I, f. 81, d. 187

13

1165, juliol, 13

Testament de Berenguer de Llobregat. Va morir el 17 de juliol del mateix any.

ACB, LA I, f. 60, d. 125

Testament sacramental jurat sobre l'altar de sant Feliu, màrtir, de l'església de Sant Just i Pastor de Barcelona.

ACB, LA I, f. 50, d. 108

14

1166, setembre, 10

Testament d'Ermengol d'Oló, que es troba greument malalt.

ACB, LA IV, f. 107, d. 267

Testament sacramental jurat sobre l'altar de sant Feliu, màrtir, de l'església de Sant Just i Pastor, de Barcelona.

ACB, LA IV, f. 107, d. 268

15

1166, octubre, 28

Testament de Berenguer de Togores.

ACB, LA I, f. 114, d. 283

1167, març, 6

Testament sacramental de Berenguer de Togores jurat sobre l'altar de sant Feliu, màrtir, de l'església de Sant Just i Pastor, de Barcelona. Després d'un agreujament de la malaltia, va morir dins del mateix mes d'octubre.

ACB, LA IV, f. 73 v., d. 203

16

1167, abril, 16

Testament de Berenguer de Terrassa, canonge de la Seu de Barcelona, afectat d'una greu malaltia, de la qual va morir dins del mateix mes.

ACB, LA III, f. 143, d. 373

1167, juliol, 15

Testament sacramental jurat sobre l'altar de sant Feliu, màrtir, de l'església de Sant Just i Pastor, de Barcelona.

ACB, LA III, f. 135, d. 345

17

1169, desembre, 11

Testament de Berenguer de Subirats.

ACB, 1-2-119 i LA I, f. 53 v., d. 115

18

1172, desembre, 4

Testament sacramental de Berenguer de Badalona, jurat sobre l'altar de sant Feliu, màrtir, de l'església de Sant Just i Pastor de Barcelona. Havia fet testament el 10 de juny de 1172 i va morir el dia 13 del mateix mes.

ACB, LA I, f. 228, d. 619 i LA II, f. 139 v., d. 412

19

1173, setembre, 11

Testament de Bernat de Bleda, canonge de la Seu de Barcelona, greument malalt.

ACB, LA IV, f. 61, d. 169

Trasllat del testament.

ACB, 1-2-1465

20

1175, juliol, 17

Testament de Berenguer d'Arcs, canonge de la Seu de Barcelona.

ACB, LA I, f. 47 v., d. 101

21

1184, maig, 17

Testament sacramental de Bernat de Pujalt, canonge de Barcelona. Va fer testament el 25 de març de 1183, abans d'anar a Sant Jaume de Compostel·la. Va tornar de la peregrinació i encara va viure molts dies fins que va emmalaltir i va morir el 21 de novembre del mateix any.

ACB, LA I, f. 209 v., d. 561

22

1188, maig, 11

Testament de Pere, sagristà de la Seu de Barcelona, que es troba malalt.

ACB, LA I, f. 55 v., d. 117

In Dei nomine. Ego Petrus, Barchinonensis sacrista, egritudine detentus, facio meum testamentum in quo eligo manumissores meos dompnum Bernardum, Barchinonensem episcopum et Berengarium de Vilardello, nepotem meum et Iohannem de Fersis et Petrum de Fersis, presbiteros, quibus praecipio, ut si me mori contigerit antequam aliud testamentum faciam, ita distribuant res meas et honorem meum sicut hic ordino. Primum, dimitto Barchinonensi sedi meum corpus, ad sepeliendum iuxta fratrem meum. Concedo Barchinonensi Canonice mansos meos de Olivaria cum eorum pertinentiis et tenedonibus. Concedo Raimundo de Ostalrico, nepoti meo, mansum in quo stat Raimundus Iohannis de Agutellis et totum illum honorem quem emi de Super Rocha et de Poncio de Serriano et de Bernardo de Riera et totum alium honorem quem frater meus Bernardus Rubeus ibi emit, sicut mihi dimisit in suo testamento, ut predictus Raimundus habeat et possideat in vita sua et, post mortem suam, totus prefatus honor revertatur predictae Canonice, cum omnibus melioramentis ab eo ibi factis, sine ulla inquietudine et sine ullo retentu et quod Canonica sit contenta de illis CC aureis, de quibus debebat emere honore predicto Raimundo. Concedo domino episcopo II mulos meos meliores, praeter nigrum et concedo illum cifum argenti de duobus marchis quod ei accomodavi et illos DCCL solidos quos mihi debet, de quibus habeo ab eo cyrografum scriptum et omnes alios denarios quos ei accomodavi in negocio de Molleto et omnia alia quae mihi debet, ut sic memor anime et defensor mei testamenti, ut compleatur sicut hic ordino. Concedo ebdomedariis et presbiteris altarium ipsius sedis, unicuique X solidos pro anima mea, et sancto Petro puellarum XXX solidos et sancte Eulalie de campo XX solidos, et unicuique ecclesie parrochiali Barchinone ad presbiteros, unicuique

VII solidos pro anima mea, et sancto Paulo campi XX solidos, et infirmis X solidos, et Sepulcro VII solidos, et sancte Marie Celsone L solidos. Concedo cenobio sancti Cucuphatis mansum meum novum de Ripollete, quod est extra villam, cum suis pertinentiis, exceptis pertinentiis suis de ipsa villa et deiunta ipsam villam in quo stat Dominicus, ad unam lampadam ardendam coram altari beati Cucuphatis, et L solidos ad refectionem monachorum eiusdem cenobii, et si Guilelmus de Rivopollo, nepos meus, voluerit habere predictum mansum novum, habeat illum cum omnibus suis pertinentiis, ita ut donet sancto Cucuphati XXX morabatinos, qui sint dati in honorem ad predictam lampadam ardendam ante altaris sancti Cucuphatis. Concedo cenobio sancti Petri Castri serrensis L solidos, et sancto Laurencio de monte XXX solidos. Concedo Guilelmo de Sobarbero mulum meum nigrum, pro CL solidis quos ei debeo et equum nigrum quem iam ei dedi. Concedo Bernardo, clerico, filio Bernardi de Sobarbaro, mansum meum de Bagneolis cum suis pertinentiis et cum omnibus emptionibus quas ibi feci et cum instrumento et vaccis et cum fructibus et sit in cura Berengarii de Vilardello, et de fructibus huius anni ematur honor, ad utilitatem ipsius privi. Et si episcopus fecerit illum canonicum infra annum, habeat nostram Canonice eundem mansum cum suis pertinentiis, post obitum suum. Si non, et ecclesia Terrachone recipiet illum in canonicum, habeat illum mansum, tamen si puer voluerit illuc ire, habeat ecclesia Terrachone illum mansum, post mortem suam, et faciat ardere unam lampadam ante altare beate Tecle. Concedo Guilelmo de Rivopollo, nepoti meo et fratri suo Ripollete, meas parialatas de Rivopullo que sunt ante meum mansum usque in riera, excepta illa fexa quam pater meus reliquit matri mee, quam fexam et mansum meum et omnia alodia de Rivopollo et meam partem molendinorum habeant Berengarius de Vilardello et Raimundus et Bernardus in diebus eorum et, post mortem illorum, revertantur Guilelmo de Rivopollo et fratri suo Ripollete et habeant illum mansum per dominum militie Templi, cui donetur inde annuatim pro censum libra I cere. Concedo domino archiepiscopo XXXVII morabatinos quos mihi debet et XV solidos de Guilelmo de Bagneolis et illos LXXX solidos quos mihi debet de uno equo et illum cifum argenti de duobus marchis quem Bernardus Marcutii mihi debet et sit memor anime mee in congregatione sua et in sinodis et in suis orationibus, et precor illum ut de illis C solidis, quos ex alia parte mihi debet, redimat pro anima mea unum captivum aut duos, si voluerit. Et debeo sancte Marie Magdalene XC solidos et addo ei X solidos, et isti C solidos donentur in honorem ad utilitatem ipsius altaris; et concedo eidem altari L quarteras ordeï, ad regias faciendum. Concedo Bernardo de Sobarbaro II sarracenos, Hali de [Belvicino] et Buachar, et C quarteras ordeï, et filiis Guilelmi de Sobarbar XX quarteras ordeï. Concedo Petro de Tortosa meam medietatem duorum sarracenorum, quos habeo cum Iohanne de Salis. Concedo confrarie de Carotitulo X solidos, et altari sancti Thome CC solidos, quos abbas sancti Laurentii de monte mihi debet et sint dati in honorem ad utilitatem ipsius altaris. Concedo Berengario de Vilardello et Raimundo de Ostalrico cubos meos et tonnas et omnia mea vexella et arredamenta et basculam maiorem et minorem et, post mortem illorum, omnia vexella de cellario novo ipsius Canonice remaneat predictæ Canonice sine ulla inquietudine. Relinquo Guilelmo de Sobarbaro meliorem tonnam de cellario veteri, quam iam ei dedi et Petro de Corron X solidos et Bernardo baptizato XL quarteras ordeï et Arnallo de Menola XX quarteras ordeï et Bernardo Berengario bardonerio XX quarteras ordeï et Perete XX quarteras et Petro de Provinciana X quarteras et Bernarde V quarteras et

Berengario Pellicerio V quarteras et viduis L quarteras et Raimundeto de Rexac L quarteras et Petro Mathei V quarteras et Berengario de Palaciolo IIII quarteras et capellano X quarteras et militie Templi XX quarteras et hospitali Iherusalem XX quarteras et Berengario clerico X quarteras. Et haec omnia exeant de meo pane et vino et de meo sementer et de meis debitis et de sarracenis et de bestiis et de rebus meis. Concedo Anglese, nepote mee, illam sarracenam Tedzon et illos CL solidos, quos vir suus Poncius mihi debet. Et dono libertatem Bernardo baptizato et Berengario bardonero et Chacim et Azmeto et Haly de Belvicino. Relinquo Raimundo Digestiam vetus. Concedo Bernardo, clerico, nepoti meo, de Sobarbaro omnes libros meos et ipse reddat Raimundo Digestum suum et ipse reddat ei meum et, si fuerit canonicus sedis Barchinone, habeat ipsa ecclesia omnes ipsos libros, post obitum suum. Relinquo Raimundo de Rexac equum falvum, quem iam ei dedi. Et de illis CC solidis quos episcopus Girunde mihi debet, relinquo sancte Marie Gerunde L solidos et sanctis Crucibus C solidos et sancte Marie de Populeto L solidos. Preterea, ipse episcopus debet mihi LX solidos, quos ei relinquo pro anima mea. Concedo Bartholomeo XV quarteras ordei et Guillemone, prevendarie mee, oves meas et IIII quarteras ordei. Et mando quod si honor qui fuit Petri Dalmatii est ius Bernardi Escherdoni, reddatur ei et ipse reddat CLI solidos quos ei dedit et oleum quod debet sacristie et persolvat Petro Dalmatii C solidos minus XII denarios. Si vero ius meum est, mando ut de meo iure ipsius honoris et de meo manso de Taiano ardeat quadam candela nocte et die ante altare sancti Crucis. Si vero predictus honor fuerit ius Bernardi Escherdoni, donentur ipsi CLI solidos et precium ipsius oli in honorem et ardeat inde quedam lampada ante altare beati martiris Thome, de ipsa sede. Mansus vero de Taiano sit de Sacristia. Concedo sancte Marie Magdalene illas domos quas emi de Berengario de Primiano in villa de Sanctis et illam insulam de Ripollete, prope ipsam rieram, quam tenet Dominicus. Concedo Dalmatio equum meum baig. Concedo Ripollete, nepoti meo, XII quarteras frumenti et vinum quantum opus habuerit in suo itinere, cum suis armigeris. Cetera vero que remanserit de meis rebus et de meis captivis et de bestiis donentur in redemptionem captivorum, pro anima mea. Adhuc etiam, mando et volo quod Adalaidis, cognata mea, teneat et habeat et possideat mansum meum de Ripollete et omnia que superius dimisi Guilelmo de Ripollete, nepoti meo et fratri suo Ripollete, donec ipsi habeant deliberatum et solum predictae Adalaidis suum sponsalitium. Relinquo predictum Bernardum, clericum, nepotem meum, cum omni honore et cum omnibus rebus quas ei dimitto sub tutela nepotis mei Berengarii de Vilardello et in defensione domini archiepiscopi. Omnia vero que superius mando dare ad redemptionem captivorum, faciant et compleant Berengarius de Vilardello, nepos meus, et magister militie Templi pro anima mea. Concedo sancto Petro Rodensis X quarteras ordei et sancte Marie Terratie VII quarteras ordei et Arnallo de Ostalrico, nepoti meo, XII quarteras frumenti et vinum quantum opus habuerit cum suis armigeris in ipso itinere. Item concedo Arnallo de Ostalrico mulum meum esmaginatum. Item concedo Ripollete et Arnallo de Ostalrico II bacones. Et dimitto Berengario de Vilardello, nepoti meo, vestimenta mea nova, scilicet, mantellum et tunicam et caligas de rosseta de grana. Cetera vero mea vestimenta donentur presbiteris, pro anima mea. Item concedo Ripollete et Arnallo de Ostalrico illos XXVI solidos, quos Recolatus mihi debet. Concedo Hospitali lectum meum, scilicet, II cooperatoria et II linteblos et culcitram et plumacium, et episcopo meam vanoam et I bonum berreganum. Concedo Maientie

V quarteras ordeï et Azmeto V quarteras ordeï et capa[m] I et Cacim V quarteras et camisiā et bragas et Haly V quarteras et sancte Eulalie tapetum unum et Petro de Alfēsis X quarteras frumento. Actum est haec V idus madii anno Domini M° C LXXXVIII. Petrus, sacrista qui haec laudo et firmo et testes firmare rogo. S+ Iohannis, sacerdotis. S+ Petri, presbiteri. S+ Geraldī, presbiteri.

S+ Guilelmi de Cerdaniola, preceptoris militie Templi. S+ Arnalli de Manaula. S+ Bartolomei. S+ Raimundi, levite. S+ Petri de Corron, scriptoris, qui haec scripsit cum litteris suprapositis in linea VIa et XIIIa et XVIa et XX et XXXIII et XXXVIIa et XXXIXa et suprapositis et rasis in XVIIIa et emendatis in XXXVIa, die et anno quo supra.

APÈNDIX

MONESTIRS

- *Santa Eulàlia del Camp (Barcelona)*
 - 1165, Berenguer de Llobregat: 2 morabatins per a l'obra.
 - 1166, Ermengol d'Oló: 2 morabatins.
 - 1169, Berenguer de Subirats: una tona i mitja de vi.
 - 1172, Berenguer de Badalona: una tona.
 - 1175, Berenguer d'Arcs: 50 sous.
 - 1184, Bernat de Pujalt: 4 morabatins.
 - 1188, Pere, sagristà: 20 sous.
- *Santa Maria de l'Estany (Barcelona)*
 - 1148, Bernat Berenguer: 4 sesters d'ordi.
 - 1154, Ermengol de Llerona: un mas.
- *Santa Maria de Montserrat (Barcelona)*
 - 1137, Roger: un alou i una peça de terra.
 - 1172, Berenguer de Badalona: 12 diners.
- *Santa Maria de Poblet (Tarragona)*
 - 1184, Bernat de Pujalt: 10 morabatins per a un calze.
 - 1188, Pere, sagristà, 50 sous.
- *Santa Maria de Ripoll (Girona)*
 - 1129, Arnau Berenguer: béns mobles.
 - 1148, Bernat Berenguer: un esclau.
 - 1154, Ermengol de Llerona: dos alous, un cup i una tona.
 - 1154, Guillem Rotllan: 100 sous i un alou.
 - 1167, Berenguer de Terrassa: una tona i un cup.
- *Santa Maria de Valldaura (Barcelona)*
 - 1166, Ermengol d'Oló: 4 morabatins.
- *Santa Maria de Vilabertran (Girona)*
 - 1148, Bernat Berenguer: un morter amb la seva mà.
- *Santes Creus (Tarragona)*
 - 1169, Berenguer de Subirats: una cullera d'argent per a encensar, vi, ordi, blat i una cadena de sarraïns.
 - 1172, Berenguer de Badalona: una tona.
 - 1175, Berenguer d'Arcs: 5 morabatins.
 - 1184, Bernat de Pujalt: 10 morabatins per a l'obra.
 - 1188, Pere, sagristà: 100 sous.

– *Sant Cugat del Vallès (Barcelona)*

- 1136, Roger: un alou.
- 1148, Guillem Bremon: la seva millor mula, dues tones bones, un sarraí negre, 7 sesters d'ordi i 2 cafissos de vi blanc, el seu llit amb robes, un bou.
- 1148, Bernat Berenguer: feus i penyores, 18 sesters d'ordi, robes, béns mobles, un sarraí amb la seva dona i la seva filla i una sarraïna amb la seva filla.
- 1159, Ponç de Ronçana: un feu.
- 1166, Ermengol d'Oló: el seu mul i el mas, honor i collites que té pel monestir.
- 1169, Berenguer de Subirats: dues tones i un cup gran, diversos estris domèstics, una cullera per a encensar, dues vinyes.
- 1172, Berenguer de Badalona: 5 vinyes.
- 1173, Bernat de Bleda: l'honor que té pel monestir.
- 1175, Berenguer d'Arcs: 10 sous.
- 1184, Bernat de Pujalt: 5 morabatins.
- 1188, Pere, sagristà: el mas nou de Ripollet per a una llàntia ardent a l'altar de Sant Cugat o 30 morabatins i 50 sous per al menjar dels monjos.

– *Sant Llorenç del Munt (Matadepera, Barcelona)*

- 1154, Guillem Rotllan: 50 sous.
- 1167, Berenguer de Terrassa: un mas.
- 1175, Berenguer d'Arcs: 10 sous.
- 1188, Pere, sagristà: 30 sous.

– *Sant Pau del Camp (Barcelona)*

- 1135, Berenguer Bernat: 6 sesters de vi.
- 1148, Bernat Berenguer: 5 sous.
- 1166, Ermengol d'Oló: 2 morabatins.
- 1167, Berenguer de Terrassa: un mas.
- 1172, Berenguer de Badalona: una vinya.
- 1175, Berenguer d'Arcs: 20 sous.
- 1184, Bernat de Pujalt: 4 morabatins.
- 1188, Pere, sagristà: 20 sous.

– *Sant Pere de Casserres (Masies de Roda, Barcelona)*

- 1136, Roger: un alou amb terres, vinyes i arbres.
- 1154, Ermengol de Llerona: un parell de bous amb els seus guarniments, 6 sesters de blat, el seu llit amb robes, estris domèstics, 5 porcs i 2 truges i altres béns mobles.
- 1175, Berenguer d'Arcs: 10 morabatins.
- 1188, Pere, sagristà: 50 sous.

– *Sant Pere Cercada (Santa Coloma de Farners, Girona)*

- 1148, Guillem Bremon: 5 sous.
- 1148, Bernat Berenguer: 1 sester d'ordi.
- 1154, Guillem Rotllan: 1 sesters d'ordi.
- 1165, Berenguer de Llobregat: 2 morabatins.
- 1175, Berenguer d'Arcs: 10 sous.

– *Sant Pere de les Puelles (Barcelona)*

- 1129, Arnau Berenguer: béns mobles.
- 1135, Berenguer Bernat: 1 cafis de vi.
- 1136, Roger: una tona, un sester d'ordi i uns alous.
- 1147, Pere Ramon: la meitat d'un mas.
- 1148, Guillem Bremon: 10 quarteres de forment i 5 sous.
- 1148, Bernat Berenguer: 15 sous.
- 1154, Guillem Rotllan: 30 sous, 1 sester d'ordi i 30 sous més.
- 1165, Berenguer de Llobregat: 2 morabatins.
- 1166, Ermengol d'Oló: 5 morabatins i un mas.
- 1175, Berenguer d'Arcs: 40 sous i 10 sous més.
- 1184, Bernat de Pujalt: 5 morabatins.
- 1188, Pere, sagristà: 30 sous.

– *Sant Pere de Riudebitlles (Barcelona)*

- 1136, Roger: una peça de terra.

– *Sant Pere de Rodes (Girona)*

- 1188, Pere, sagristà: 10 quarteres d'ordi.

– *Sant Vicenç de Pedrabona (Garraf, Barcelona)*

- 1169, Berenguer de Subirats: 6 quaderns del Pentateuc i un barril.

